

www.e-rara.ch

**Nomenclator Latinus propriorum vocabulorum, ut Regionum, Insularum,
Marium, Fluviorum, Sylvarum, Lacuum, Montium, Populorum, Urbium,
Vicorum, & similium**

Emmel, Helfrich

[Basel], [um 1595]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7365>

Pio lectori s. p.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Pio Lectori S. P.



NOMENCLATOREM NOMINUM propriorum si non magis, at non minus equidem necessariū esse, quā alium quemuis, vnusquisque facili mē concedet, si absque eo scriptores vt sacros, ita quoque profanos intelligi non posse cognouerit. Quod autem sacri scriptores sine Nomenclatore propriorum commodē perspicere nō possint, apparet cū ē veteris, tum noui testamenti locis innumerabilibus: ē quib⁹ duo duntaxat adducam; vnum scilicet ē veteri, alterum ē nouo: quōd illa instar omnium esse possint. Locus testamenti veteris capite vigesimo quinto Genesis descriptus est à versiculo primo ad versiculum decimum sextum vsq; his verbis: Abraham verò duxit aliam vxorem nomine Ceturah, quæ peperit ei Zimran, & Iocsan, & Medan, & Midian, Ischac & Suah: Porrò Iocsan genuit Seba & De-

dan. Filij autem Dedan fuerunt Assurim, & Letusim & Leummim. Porro filij Midian Ephra & Ephra, & Hanoth, & Abida, & Eldaah. Omnes isti filij Ceturah. Deditque Abraham omnia quae habuit ipsi Ischac. Filijs verò concubinarum suarum dedit dona; & emisit eos ab Ischac filio suo, ipso adhuc viuentem, ad orientem, ad terram orientalem. Isti autem sunt dies annorum vitae Abraham quos vixit, centum septuaginta quinque anni. Et defecit ac mortuus est Abraham in senectute bona, senex & saturus, & aggregatus est ad populos suos. Sepelierunt ergo eum Ischac & Ismael filij eius in spelunca Marchpela, in agro Ephron, filij Sohar Hittæi, qui erat e regione Mamre. In agro inquam, quem emerat Abraham à filijs Heth: ibi sepultus est Abraham & Sara vxor eius. Posteaquam verò mortuus est Abraham, benedixit Deus Ischac filio eius, qui habitauit apud puteum viuentis videntis me. Istæ autem sunt

sunt generationes Ismaël filij Abraham, quem pepererat Hagar Aegyptia, ancilla Sarah, ipsi Abraham. Hæc sunt itaq; nomina filiorum Ismaël per generationes suas. Primogenitus Ismaël Nebaioth, & Cedar, & Abdeel, & Mibsam, & Misma, & Dumah, & Massa, Hadar & Thema, Iethur, Naphis et Cedmah. Hæc sunt verba apud diuinū illum Mosē capite citato perscripta: quæ cū nominibus proprijs plenissima sint, ideoq; sine Nomenclatore nominum priorū intelligi non possint, inde verissimum illud esse, quod dixi, quilibet facilimè videre potest. Sed ne quis existimet testam. vetus solum sine Nomenclatore tali rectè intelligi nō posse, videamus quæ actorum apostolicorum capite secundo narratur. Percellebantur autem, inquit tibi Lucas, omnes ac mirabantur, dicentes alij ad alios: Nōne, ecce, omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt? Quomodo igitur nos audimus eos, sua quisq; lingua, in qua nati

sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui incolimus Mesopotamiam, Iudæamque & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, & Aegyptum, & partes Libyæ eius, quæ est secundum Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæique & profelyti, Cretes & Arabes. Audimus eos loquentes nostris linguis magnifica dei facta. An textus hic Lucæ non adeò perspicuus est, vt Nomenclatorem nominum priorum maximè necessarium esse inde cognosci possit? Nunc ad authores profanos quod attinet, cum Ciceronis epistola ne vnica quidem tam brevis sit, quin, si non plura fortassis quàm vnum in ea occurrant, vnum aliquod habeat, igitur id quod affirmauimus, verissimum esse, luce meridiana clarius est. Hinc non abs re est, quod Hadrianus Iunius in appendicem Nomenclaturæ suæ præfatus est his verbis: Visus mihi sum, inquit, operæ aliquod pretium facturum, & studiosam iuuen-

P R A E F A T I O.

iuventutem beneficio non malè collocando demeriturus, si nomenclaturam regionum, populorum & oppidorum, quæ apud scriptores veteres passim occurrit, cum hodierna subijcerem, adiecta & velut sub vnam molem congesta marium, sinuum, paludum & fluuioꝝ nomenclatione, quòd hæc opella lucis non parum intelligendis auctorum locis allatura, & delicatis istorum ingenijs, qui nihil nisi ad vnguem excussum enucleatumq; tacito pede præterire possunt, satisfactura videatur. Hactenus ipse Iunius. Hæc omnia cùm ita sint, satis apparet, M. Helfricum Emmelium post eundem Hadrianum Iunium & alios, operam non solum iuventuti, sed & ipsi senectuti vtilissimam nauauisse, eandemque idcirco animo grato suscipiendam esse. Benè vale, Lector beneuole, & hoc Nomenclatore nominum priorum non minus quàm alijs appellatiuorum vtere, fruiere.



